58

. M. ANNEI. LVCANI.

BELLI CIVILIS LIB. V. INCIP.

Seruauit fortuna pares duceſ. Aliquando fauenſ popeio. aliquando ceſari. nā ceſar uicerat ante in corphinia ciuitate domitiū. octauius popeianuſ uicerat... ceſar uicit maſſilienſeſ. iuba popeianuſ ſuperauit curionem

SIC ALTERNA

pompeium et ceſarem

DVCES BELLORVM VVLNERA PASSOS

In macetū terraſ miſcenſ.
aduerſa ſecundiſ.
Seruauit fortuna pareſ.
Iam ſparſerat hemo
Bruma niueſ gelidoq; cadenſ atlantiſ olimpo; — Athalantideſ ſunt vergilię. hę occidunt vii id. nouembr. et ipſa die hiemſ initium habet.
Inſtabatq; dieſ. qui dat noua nomina faſtiſ
Quiq; colit primuſ ducentem tempora ianū
Dum tamen emeriti remanet parſ ultima iuriſ
Conſul uterq; uagoſ belli p munia patreſ
Elicit epyrum; peregrina ac ſordida ſedeſ
Romanoſ cepit proceres. ſecretaq; rerum
Hoſpeſ in externiſ audiuit curia tectiſ;
Nam quiſ caſtra uocet tot ſtrictaſ iure ſecureſ — nā ſecuri cedebant rei apud antiquoſ.
Tot faſceſ. docuit populoſ uenerabiliſ ordo
Non magni parteſ ſed magnū in partib; eſſe;
Ut primū maeſtū tenuere ſilentia cetum.
Lentuluſ excelſa ſublimiſ ſede profatur
Indole ſi dignum latia. ſi ſanguine priſco
Robur ineſt animiſ. non qua tellure coacti
Quamq; procul tectiſ capte ſedeam ab urbiſ
Cernite ſed ueſtrę faciem cognoſcite turbę
Cunctaq; iuſſuri primū hoc decernite patreſ.
Quod regniſ populiſq; liquet. noſ eſſe ſenatū
Nam uel hyberboreae plauſtrū glaciale ſub urſe

HARL 2726 58 8251506
The British Library

Cesare. quemque suum munus trahit. armaque raptim
Sumpta ceresque uiris capiunt presagia belli.
Calcatisque ruunt castris. stant ordine nullo.
Arte ducis nulla. permittuntque omnia fatis.
Si totidem magni soceros. totidemque petentes
Urbis regna sue funesto in marte locasses.
Non tam precipiti ruerent in prelia cursu.
Vidit ut hostiles in rectum exire cateruas
Pompeius. nullasque moras permittere bello.
Sed superis placuisse diem. stat corde gelato
Attonitus. tantoque duci sic arma timere — Quia timebat pompeius talis ac tantus significabat perditurum
VICTORIAM
Omen erat. premit inde metus. totumque per agmen
Sublimi peruectus equo. Quem flagitat inquit
Vestra diem uirtus. finis ciuilibus armis
Quem quesistis adest. totas effundite uires. — oportet fortiter dimicare quia hodie est extremi belli dies
Extremum ferri superest opus. unaque gentes
Hora trahet. quisquis patriam carosque penates.
Qui sobolem ac thalamos. desertaque pignora querit.
Ense petat. medio posuit deus omnia campo.
(gloss: quia bonam causam habemus ideo prosperum sperare debemus aduentum)
Causa iubet melior superos sperasse secundos.
Ipsi tela regent per uiscera cesaris. ipsi
Romanas sancire uolent hoc sanguine leges.
Si socero dare regna meo mundumque pararent.
Precipitare meam fatis potuere senectam.
Non iratorum populis urbique deorum est.
Pompeium seruare ducem. que uincere possent.
Omnia contulimus. subiere pericula clari
Sponte uiri. sacraque antiquus imagine miles.

Rupib; exceſiſ herentem fune carinam
Rectorem dominūq; ratiſ ſecura tenebat
Haud ꝑcul inde domuſ· n̄ ullo robore fulta
Sed ſterili iunco· cannaq; intexta paluſtri·
Et latuſ inuerſa nudū munita phaſelo·
Haec ceſar biſ terq; manu quaſſantia tectū
Limina cōmouit· molli conſurgit amyclaſ
Qem dabat alga thoro· quiſ nā mea naufraguſ inqt
Tecta petit· aut quē nr̄e fortuna coegit
Auxiliū ſperare caſe· ſic fatuſ ab alto
Aggere iā tepide ſublato fune fauille·
Scintillā tenuē commotoſ pauit in igneſ·
Securuſ belli· predā ciuilib; armiſ
Scit n̄ ee caſaſ; o uite tuta facultaſ
Pauperiſ anguſtiq; lareſ· o munera nondum
Intellecta deū· quib; hoc ↄtingere templiſ
Aut potuit muriſ· nullo trepidare tumultu
Ceſarea pulſante manu· tū poſte recluſo
Vota modeſta dix̄ n̄ feſtinantia ſ; delatione ↄtenta
Dux ait· expecta uotiſ maiora modeſtiſ·
Speſq; tuaſ laxa iuueniſ· ſi iuſſa ſecutuſ
Me uehiſ heſperiā· n̄ ultra cuncta carinę
Debebiſ· manibuſue inopē duxiſſe ſenectā·
Ne ceſſa ꝓbere dō tua fata· uolenti
Anguſtoſ opib; ſubitiſ implere penateſ,
Sic fat· quāquā plebeio tectuſ amictu
Cuiuſ elocutio a uulgari et plebea locutione ſeparat̄· i docileſ aut p indoctuſ. nā indocileſ eſt qui n̄ docet
Indocilis priuata loqui· Tū pauꝑ amyclaſ;
Multa quidē ꝓhibent nocturno credere ponto·
Nam ſol n̄ rutilaſ deduxit in equora nubeſ·

Diiſ omib; aſſunt· quib; aut̄ n̄ ſubuenerit· ignauia dāpnant̄· Vnde ſaluſtiuſ· non uotiſ neq; ſupplicationib; deoꝝ auxilia cōparant̄· Vigilando· laborando· proſpera om̄ia cedunt Vbi aut̄ ſocordie atq; ignauie te tradideriſ· nec quicquam deoſ imploreſ· irati infeſtiq; ſunt· eſt autem genera ſſen ten tia

Harl. 2728 67
82S1506
The British Library